



## Universitätsbibliothek Paderborn

### V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi  
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum  
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina  
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Provisiones Senectutis, Per Tres  
Partes Distributæ - In quibus raræ ac penenecessariæ Veritates, cum  
omnibus Christi fidelibus, tum potissimum Gratiarum Cœlestium,  
lucrorumque æternorum avidibus, quà theoreticè, quà practicè  
proponuntur

**Družbicki, Kaspar**

**Ingolstadii, 1732**

**VD18 90066391**

Stimulus 1. Conscientia Obligationis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45462**

# PROVISIONUM SENECTUTIS PARS TERTIA.

**E**xpeditis duabus partibus Provisionum Senectutis restat tertia expedienda, in qua Stimuli admovendi sunt Mentibus nostris, ad procurandas omni cum diligentia, infatigabilique cum assiduitate & fervore, eas omnes, quas jam adduximus, proposuimus, laudavimusque Provisions. Adspiret utinam Deus conatibus nostris, tam in exponendis quæ agenda sunt: quam in exequendis, quæ exponenda sunt. Tres in classes Stimulos istos partimur, secundum trium justitiae Christianæ partium rationem, ita ut sint stimuli desumpti, alii à via purgante, alii à proficiente, alii denique à perficiente. Esto itaque

## CLASSIS PRIMÆ

### Stimulus I.

#### *Conscientia Obligationis.*

**N**aturaliter, & magis etiam supernaturaliter nobis inditæ impositæque. Ad hoc enim à Deo factore nostro conditi, & ipsa conditione ordinati sumus, omnes ut obligemur ipsi eidem Deo ad servitutem, & obedientiam, & voluntatis ejus sanctissimæ accuratissimam adimpletionem.

nem. *Hec est autem voluntas Dei Sanctificatio ve-* 1. Thes. 4. 5.  
*stra, ait Apostolus. Sancti estote : quoniam & Levit. 11. 44.*  
*ego Sanctus sum. loquitur Dominus. Attenden-*  
*da sunt verba & signanda præcepta. Apostolus*  
*voluntatem Domini, Dominus verò ipse Exem-*  
*plum suum proponit. Ibi obedientia, hic imi-*  
*tatio exigitur; Sed Sanctitas nostra, est affectio*  
*sancta ad Deum scilicet & ad Divina omnia, nem-*  
*pe voluntatem, gloriam, imitationem vitamque*  
*eternam, in qua est ultima & perfecta consum-*  
*matio obligationis nostræ. Quisquis ergo se*  
*facturam Dei agnoscit, sentiat obligationem, ex-*  
*hibeat voluntatis executionem, præstet exempli*  
*imitationem, tendat & in tendendo ne torpeat,*  
*sed potius in dies horasque amplius ferveat ad vi-*  
*tam eternam. Odit enim Deus noster rapinam in Isa. 61. 8.*  
*bolo causto, torporem in suo obsequio, tardita-*  
*tem in cursu, procrastinationem in bravio, obli-*  
*tionem in debito, aberrationem ab Archetypo.*  
*Quid multa? Obligavit te Deus: amplius ne ali-*  
*quid requiris? adhuc ne quasi onager liberum*  
*te natum putas? Ecce insuper deficit te tempus,*  
*imò illud jam jam accipit Deus; jam lampas tua*  
*extinguitur, jam ingruit nox longa: tu adhuc*  
*dormitas? adhuc nec̄tis moras? adhuc in annos*  
*fervorem laboris differs? cui dies una non satis*  
*certa est?*

## Stimulus II.

### *Conscientia Peccatorum.*

A dmissorum à prima pueritia, eorumque gra-  
 vium & multorum, & scienter, volenter,  
 malitiosè, ex animo repetitè admissorum. Pa-  
 rum